



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

1. Orat quotidie bis: Iesvs Christvs Crvcifixvs sit in Cogitationibus,
Actionibus, Loquutionibus meis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

IX.

AMATOR CRVCIFIXI

29. *semper & ubique Deuotionem aliquam
erga Crucifixum exercet.*

EXEMPLA VARIA.

Orat quotidie bis:

IESVS CHRISTVS CRVCIFIXVS

sit in cogitationibus, actionibus, loquutionibus meis.

I.

ALEXAN-
DER

*Lusaguius
Italus.*

ALEXANDER LVSAGVIUS, Nobis Italus, ductus deuotione interna erga Passionem Domini, mane, quam primum surgebat, & nocte cum iret cubitum, signans CRVCES frontem, aiebat: IESVS CRVCIFIXVS sit in meis cogitationibus. Deinde, signans os dicebat: IESVS CRVCIFIXVS sit in meis loquutionibus. Tandem, signans cor, inquebat: IESVS CRVCIFIXVS sit in meis affectibus. Quod faciebat quotidie infallibiliter, eratque eius consuetudo inuiolabilis. Itaque nihil cogitabat, dicebat, operabatur, quod non esset conforme voluntati CRVCIFIXI: & dominaba-

nabatur affectibus suis, omnium appetitionum malarum victor, & Potestatum infernalium Triumphator.

*Paulus Barij lib. Deuotio erga
Crucifixum, cap. 2.*

II.

Crucifixum è colle dependentem consulit ut Oraculum.

BOLESŁAVS III. Rex Poloniae a. è BOLESŁAVS III. Rex Poloniae. collopendentem ad pectus gestabat effigiem Patris sui aureae laminæ insculptum. Quod si negotium alicuius momenti occurrebat, aut faciendum quid esset, apponebat Lamellæ manum, dicebatque tacite: Amantissime Parens, decet scire ut nihil aggrediar, nihil dicam, aut faciam, quod Tibi sit ingratum, & tuo indignum nomine.

Quid ni idem in more habet Amator Crucifixi, quem dependentem in effigie, admota manu, consulat, quando dicendum quidpiam, vel faciendum, de quo merito dubitat, an CRUCIFIXO sit futurum gratum illoque dignum.

a. Martin. Cromer. de rebus Polon.